

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766

CCCCXCVII. Epistola pistorii ad carolum ab biselar

[urn:nbn:de:bsz:31-295134](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295134)

CCCCXCVII.

EPISTOLA PISTORII AD CAROLUM AB BISELAR.

A N N O M D X C I I L.

Ex autographo.


Salutem à JESU CHRISTO. Nobilissime & præstantissime Vir, vide audaciam quia vos nihil respondetis, Ego Illustrissimum Dominum Principem ad nuptias invito filiæ ad quas etiam Dominam tuam & Dominum Cancellarium cum uxoribus amantissime voco his litteris & solennissime, ut nisi veniatis, non sim habiturus pro amicis, vtinam Illustrissimus Dominus Princeps vos mitteret tanquam Legatos, tunc enim totam causam accurate deliberabimus. Et si ego Principi promitto, utut concludetur, sic me causam defensurum, si vult esse liber, parata sunt adiumenta, si solui non cupit, proficiscar ad Bauarum, & expediam negotium, modo sit ex antiqua & libera nobilitate: Jam facite pro vestro arbitrio, præstaret fortassis dimitti, sed audiam quo propendat Princeps: Habetis me servum humillimum, præfertim si valetudo confirmabitur, quòd paulatim spero, quomodo ad vos sine summo periculo in istis Argentinensibus rapinis veniam, non video nec opus est, aperite tantum animum vestrum, reliqua permittite mihi: sed heus cogitate de me, vel soluendo vel per aliam hypothecam asscurando, neque me stomachari putate, si parumper ius meum urgeam, ut certe debeo distracta hypotheca: & faciam necessaris, tamen manebo servus uester, nec indigne facere potestis, in isto rerum statu, vale Vir nobilissime & venite, sed heus ne quæso Domini Hoffmanni causam negligite memores

humanæ conditionis, commenda me humillime Principi & dic me paratum esse ad confirmandam vel rumpendam nuptialem quasi pactio-
nem. 29 Januarii Anno 1593.

Nuptiæ filiæ erunt 22 Febr. venie-
tis igitur pridie sub Vespera diei
folis.

D. T.
feruus & Amicus
PISTORIUS.

Nobilissimo Viro Domino Carolo ab Bifelar Illust. March.
Bad. Prouinciali Præfecto Domino & amico suo sin-
gulariter colendo.



CCCCXCVIII.

DUO BORNII TESTIMONIA DE MATRIMONIO BA-
DENSI INTER EDUARD. FORT. ET MARIAM AB EICKEN
A. 1593. CELEBRATO.

A N N O M D X C I I I .

Ex autographo.

Ego FRANCISCUS BORNIIUS à MADRIGAL S. S. Theologiæ
Doctor Illustrissimi Principis & Marchionis Badensis Eduardi For-
tunati &c. Ecclesiastes atque Consiliarius, nec non Præpositus Baden-

U 3